



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

7. An ad lucrandas Indulgentias debeat opus injunctum fieri bene
moraliter, ita ut sit in se honestum, & moraliter bonum; quod si in eo
faciendo venialiter peccet, ut si v. g. ex vana gloria visitet ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

zie fac de nocte; nec referat, quo tempore facta sit de-
legatio, sed quo tempore sit collatio Indulgenteria, &
solum attendi debet tempus collationis Indulgenteria:
num quia hic non committitur fraus; cum utens iure
suo nemini faciat fraudem, & Episcopus in casu isto
verè habeat ius delegandi suam facultatem pro tem-
pore noctis, siue subdelegatio fiat de nocte, siue de die:
cum, quia Bonacina disp. 2. de kor. canon. quest. 5. part. 3.
ad. 16. Aliisque docent lucrari distributiones illum,
quia in velleitatem sue Ecclesie abest a Choro, et si extra
tempus Chori posset expedire negotia Ecclesiae (quod
idem concedit in simili Diana p. 4. tract. 4. resol. 10. alii
citat) ergo, & in nostro casu poterit Episcopus dele-
gare pro tempore noctis, hanc suam facultatem, et si
iam ipse per se dicitur commode posset exercere. Ita in
facti contingentes interrogatus ab Eminentissimo Do-
mino meo Cardinali Machiauelli respondi, responsio
fuit approbata, tum ab ipso, tum ab aliis viris doctissi-
mis, ita Pellizzarius loco citato.

RESOL. VI.

An opus iniunctum pro acquirenda Indulgenteria facien-
do sit intentione principali, vel a posteriori principali ad
item lucrandam? Ex part. 5. tract. 12. Ref. 7.

¶ Quid est querere an lucraret Indulgenteria, si quis, v.g. visitaret Ecclesias principaliter
ob recreationem, vel Rōmam pergeret in Anno san-
cto, principaliter propter curiositatem videridi illam, vel ad consequendum aliquod beneficium, vel re-
muntere ex causa non expendendi in emendis cibis,
itz quod huiusmodi fine non existente non visita-
ret Ecclesias, nec Rōmain iteret, nec ieiunaret, li-
cet dum facta habeat etiam intentionem lucran-
ti Indulgenteria, & negatiuam sententiam mordicus
teneret Corduba de Indulgenteria. quest. 25. Rodriguez in
Bolla Crucis 8. num. 9. Vega in summa, tom. 2. cap. 7. cas. 2.
cum aliis.

1. Verum tu contraria sententiam tene cum Iaco-
bo Granado in 1. part. de Sacram. conir. 12. tract. 5.
disp. 4. num. 10. vbi sic ait. Non requiritur vt opera pa-
riam efficiantur potissimum propter consequen-
dam Indulgenteriam, v.g. Corduba contendit, sed satis est
propter eum finem executioni mandari, licet alius finis
intendatur & que, aut magis principaliter. Sic ille, &
ante illam Suarez tom. 4. disp. 5. sect. 6. num. 5. & alii. Et
tunc est, quia vt opus sit pium, sufficit vt quis habeat
intentionem lucrandi Indulgenteria, licet intentio illa
sit principalis, & faciat idem opus ob aliud finem,
qua non existente non faceret opus illud, & in confessi-
bilibus Indulgenteriarum non dicitur, vt opera iniuncta
efficiantur principaliter ad lucrandam Indulgenteriam;
ergo &c.

RESOL. VII.

An ad lucrandas Indulgenterias debeat opus iniunctum
sive bene moraliter, ita vt sit honestum, & moraliter
bonum, quod si in eo faciendo venialiter peccet, vt se
z. ex vano gloria visitet Ecclesias, det elemosynam,
et conqueratur Indulgenteriam?

Et quid dicendum est, si opus iniunctum male efficiatur
moraliter, etiam cum peccato mortali?

Et quid de aliis conditionibus, finibus, & defectibus?
Ex p. 5. tr. 12. Ref. 5.

¶ A ffirmit prima opinio, & assert opus iniunc-
tum esse adeo necessarium vt bene moraliter
efficiatur, quod si in eo efficiendo venialiter quis pec-
cauit, hoc est.

cet, vt si, v.g. ex vano gloria visitet Ecclesias, det ele-
mosynam, &c. non consequitur Indulgenteriam. Ita
Adrianus, quem citat & sequitur Nauar. de Indulg.
notab. 19. num. 6. & alii, quibus ego addo Syluum in 3. p.
D. Thom. quest. 27. art. 2. quæ sit primo conclus. 2.

2. Secunda opinio negat & docet non esse necessa-
rium vt opus requiri & iniunctum ad lucrandam
Indulgenteriam debeat esse honestum & bonum moraliter,
id est, secundum omnes circumstantias, seu in indi-
viduo, sed sufficit vt sit honestum & bonum ex genere
suo. Ita Granado in 3. p. de Sac. contr. 12. t. 5. disp. 4. n. 10.
Suar. tom. 4. disp. 5. sect. 6. n. 3. Henr. lib. 1. c. 9. num. 1.
Prepositus in 3. p. Filliuc. tom. 1. tract. 8. cap. 6. num. 158.
& 159. Ludouicus a Crue. in Bull. Crue. disp. 1. cap. 8.
dub. 3. num. 5.

3. Tertia opinio distinguit, & ait quod si quis in
adimplendo opere iniuncto pro lucrandis Indulgenteria
peccet venialiter, talis luctatur Indulgenteriam, nam cum
peccatum veniale non tollat gratiam apud Deum, nulla
est ratio propter quam possit impeditre effectum Indul-
genteria; nec est verisimile quod obligare vel t Papa ad
faciendum opus postulatum cum tanto rigore. Secus
vero dicendum est si opus iniunctum male efficiatur,
moraliter etiam cum peccato mortali: nam in tali non
valeret ad Indulgenteriam lucrandam, & hanc opinio-
nem ex multis rationibus probat Faber de penit. disp. 19.
quest. 2. disp. 3. 8. cap. 7. num. 2. 14. vbi responderet ad omnia
argumenta in contrarium.

4. Quarta opinio est Bellarmine lib. 1. cap. 13. q. 2.
Layinam lib. 5. tract. 7. cap. 6. num. 4. Nugh in 3. p. q. 27.
art. 3. dub. 5. assertent quod si illud opus pium iniunc-
tum sit ad placandum Deum, vel illi satisfaciendum
non sufficit ad Indulgenteriam, quia eiusmodi opus nec
satisfacit, nec placet; si vero ob aliud finem require-
tur, v.g. ad subveniendum pauperi, tunc sufficit ad In-
dulgenteriam, quia illud virtus non obstat fini intento.
Sed quis ad hanc rationem respondere posset, licet illa
opera videntur aliquo malo fine, retinere aliunde ali-
quam bonitatem, ratione cuius Deo placere possunt;
& interdum illi satisfacere. Idem enim actus externus
imperatus ab uno actu bono, & altero malo interno
habet quidem aliquid demeriti aliquid meriti, & lati-
factionis ergo, &c.

5. Ego autem, vt verum fatear, puto circa praesen-
tem questionem non esse verisimile plus requiri a
Pontifice, cum iniungit haec opera pia ad lucrandas In-
dulgenterias, quam quod Ecclesia requirit adimplenda
præcepta diuina, & humana, sed mediis operibus, qua
aliquo culpæ virtus insciuntur, impletur præcepta di-
uina & humana: ergo & disponuntur homines ad In-
dulgenteriam. Nec requiritur vt opera pia iniuncta effi-
cientur, potissimum propter consequendam indul-
genteriam, sed satis est propter eum finem executioni
mandati, licet alius finis intendatur & que, aut magis
principaliter.

RESOL. VIII.

An si minima aliqua pars operis iniuncti pretermittatur,
consequatur quis Indulgenteria? Ex p. 5. tr. 12. Ref. 23.
Et ad literam ibi in tract. 5. Ref. 7. Sed quia in prima
Ref. hic assignata sunt aliqui authores plus quam
in secunda, ideo prima hic transcribitur.

¶ R Epondeo affirmatiuè; quare si Indulgenteria,
vt optimè obseruat Trullench in expos. Bull. Crue.
lib. 1. §. 1. dub. 15. n. 2. requirit multa opera, v.g.
tres dies ieiunijs, si quis omittit unum, non conse-
quetur Indulgenteriam totam, nec aliquam eius partem,
quia opera omnia habent se tanquam unica indissolu-
bilis conditio concessionis. At si operis iniuncti minima

Q pars